



Z.

SELECTAE
OBSERVATIONES
ECCLESIASTICAE,
DISSERTATIONES
ILLVSTRISSIMI ARCHIEPISCOPI
PETRI DE MARCA

DE

CONCORDIA
SACERDOTII ET IMPERII

ILLVSTRANTES

ET

STUDIO IVRIS ECCLESIASTICI

INSERVIENTES,

CONSCRIPTAE

IVSTO HENNINGO BOEHMERO, D.

PROF. P. ET FACVLT. IVRID. ASSESS. IN REGIA
FRIDERICIANA.



LIPSIAE,
APVD THOMAM FRITSCH,
1708.

SE-FE-C-TA-E
O-B-S-E-R-V-A-T-I-O-N-E-S
E-C-C-L-E-S-I-A-S-T-I-C-E-V-E-R
D-I-S-S-E-R-T-A-T-I-O-N-S
I-P-P-A-T-R-I-S-S-I-M-I A-R-C-H-I-E-P-I-S-C-O-P-I
P-E-T-R-I D-E M-A-R-G-A
G-O-N-C-O-R-D-I-A

S-A-C-C-E-R-D-O-T-I-E T-I M-P-E-R-I-I

I-P-P-A-T-R-I-S-S-I-M-E-S

et

S-T-A-T-O I-A-V-I-S E-C-C-L-E-S-I-A-S-T-I-C-I

I-P-P-A-T-R-I-S-S-I-M-E-S

E-C-C-L-E-S-I-A-S-T-I-C-A

K

I-A-S-T-O H-E-N-N-I-N-G-O R-O-E-H-W-E-R-O-U

H-O-R U-E-L-L-E-C-A-E-Y L-A-U-D V-E-R-Z-E S-I-N H-E-R-O

I-P-P-A-T-R-I-S-S-I-M-A



T-I-P-S-I-A-E

A-P-A-D T-H-O-M-A-S P-R-I-T-S-C-H

1702

VIRIS
ILLVSTRISSIMIS atq; EXCELLENTISSIMIS,
DOMINO
DANIELI LVDOLPHO,
LIBERO BARONI
DE DANCKELMANN,
REGIAE MAIESTATIS BORVSSICAE
MINISTRO STATVS INTIMO,
RERVM BELLICARVM COMMISSARIO GENERALI,
PRAESIDI SENATVS ECCLESIASTICI,
DOMINO
RVDIGERO HENRICO
AB ILGEN,
REGIAE MAIESTATIS BORVSSICAE
MINISTRO STATVS INTIMO,
PRAESIDI REGIMINIS IN PRINCIPATV MINDENSI,
MAGNO ORDINI AQVILAE NIGRAE A SECRETIS,
DOMINO
MARQVARDO LUDOVICO
DE PRINTZEN,
REGIAE MAIESTATIS BORVSSICAE
MINISTRO STATVS INTIMO,
RERVM FEVDALIVM DIRECTORI SVPREMO,
ARCIS REGIAE PRAEFECTO,
CAPITANEO PRAEFECTVRARVM IERNICHAV ET SANDAV
ORDINIS AQVILAE NIGRAE EQVITI,
DOMINO
CHRISTIANO FRIDERICO,
LIBERO BARONI
DE BARTHOLDI,
REGIAE MAIESTATIS BORVSSICAE
MINISTRO STATVS INTIMO,
SVMMI APPELLATIONVM TRIBVNALIS PRAESIDI,
DOMINIS SVIS INDVLGENTISSIMIS

S. & O.



VIRI ILLVSTRISSIMI,
DOMINI INDVLGENTISSIMI

DANIELI TADOLPHO

HERRO BARONI

DE DANKELMAN

REGIAE MAIORITATIS BORASSICAE

MINISTERIO STATAS INTIMO

REX ABBEVILLIANA COMMUNISSIMO GENERALI

PRESIDI SEMINARIIS ECCLESIASTICIS

DOMINO

DANIELI TADOLPHO

Non errauerunt *meo iudicio*, qui, historiam
Lucem veritatis nominandam esse, censuerunt,
bac forsan inducti ratione, quod bac
duce sedulus veritatis scrutator in vividam
rerum moralium & ciuilium cognitionem de-
duci, & fountes errorum originesque omnis
generis corruptelarum ex longuo hominum praxi addis-
cre queat. Habent negotia hominum suas peculiares rati-
ones, quae quidem a directore supremo per admirandam
prudentiam in hunc vel illum coniiciuntur euentum, ut
tamen, quia simul homines autores habent, humana desi-
deria, consilia, imo intimos animorum recessus nobis ob ocu-
los ponant, simulque eorum cognitio, quae vnde ab histo-
ria petenda est, in veritatis inuestigationem penitiorem
nos deducat. Et cum hunc in suam academicæ sint insi-
titutæ, ut animi rudiores disciplinis illis imbuantur, quæ re-
rum moralium & ciuilium cognitione absolvuntur, prima-
ria sine dubio docentium cura esse debebat, ut hoc inuen-
dissimo pariter ac utilissimo studio tenerrimi discentium ani-
mi mature tingerentur, quod tamen non ubique eo, quo de-
bebat fieri, ardore urgetur. Et quamvis historiæ ciuilis
ratio haberis soleat, tamen nescio, quo fato contigerit, ut
qui juri operam dant, ab antiquitatibus sacris procul esse,
iubeantur, quarum cognitio tamen æque ac rerum ciuili-
um viam ad veritatem aperit, quin utrumque studium so-
ro-

rorio vinculo ita coniunctum est, ut alterum ab altero non
recte diuelli possit. Dependent sane ex rerum sacrarum
notitia iura reipublicæ potiora, quæ in sacris dirigendis
occupantur, & docent, quibus fatis hæc ipsa sæpe numero
concultata, imminuta, & rursus restituta fuerint. Habet
hæc alma Fridericana, quæ Augustissimum Regem no-
strum conditorem veneratur & parentem, hanc præ cete-
ris felicitatem, ut quotidie fere ob incrementa sua augu-
stior reddatur, quia a Parente suo sapientissimo ita ador-
nata & eiusmodi est circumscripta legibus, ut, quod in aliis
Academiis deest, & earum incrementa impedit, hic ubi-
rime & magno cum ardore inculcati, doceri & commen-
dari videamus. Historiam intelligo, illam rerum
omnium magistram, quam nostra Academia tam in pro-
fanis, quam sacris, tanto conatus suscipit ac fouet, ut fere
omnium animi hoc intenti sint, hoc inclinent, & symbo-
lam aliquam conferre mutuo studio allaborent. Dum ita
que alii in antiquitatibus ciuilibus & ecclesiasticis desu-
dant, alii in origines progressusue iurium Romanorum &
Germanicorum inquirunt, adhuc alii historiam philosophi-
cam excolunt, alii denique fata Medicinae euoluunt, mea-
rum quoque partium esse credidi, ut, si non eodem studio
hos assequi valerem, tamen ad minimum laudabili suo ex-
emplu præentes sequerer, quam ante aliquot annos Po-
tentissimus Rex noster clementissime in me contulit, esse
viderer, sed vires a Deo mibi concessas in cupidæ legum
tam ciuilium, quam sacrarum iuuentutis emolumentum
impenderem, quod & hactenus ea, quæ iussus sum, fideli-
tate, a me præstitum esse, censeo. Inter hæc studia enatae
sunt præsentes observationes ecclesiasticæ ad absolutissimum
opus archiepiscopi Parisiensis PETRI DE MAR-
CA, quod nunc primum in Germania post tres editiones
Parisientes in publicum prodit, tanta eruditione & copia
ecclesiasticarum rerum resertum, ut facile ceteris in hoc
Studio scriptis palmam dubiam facere queat. Cum vero
hoc opus cum meis observationibus, Veftra, ILLVSTRIS-
SIMI DOMINI, indigeat gratia, quo eo maiori cum fi-
ducia in publicum prodire possit, Illustrissimis nominibus
Veftris hoc ipsum consecrandum esse, censui, quippe qui ad-
mi-

miranda Vestrā prudentia, tot annorum in sacris & profanis accedente experientia, optime omnium, quantum in rebus ecclesiasticis distent æra lupinis, iudicare nostis. Et cum hactenus insignem indulgentiam Vestram erga hanc Academiam, quam & ego uberrime expertus sum, omnes ea, qua pars est, deuotione colant, suscipiantque, eandem quoque mihi hac occasione non defuturam, credidi, cum hoc meo conatu documentum mei erga Illustrissimum nomen Vestrūm deuoti animi edere, vñice intenderim. Suscipiat is itaque, ILLVSTRISSIMI DOMINI, benignissima fronte hanc qualemcumque deuoti animi mei tesseram, & si meritis deſtituar, quibus voti mei compos reddi queam, ad minimum Viri eruditissimi Petri de Marca merita, in rem literariam egregia, Veftro summo fauore dignemini, vt, quod mibi deest, hoc intercessore consequi poſſim. DEVIS
Vos, PATRONI MAXIMI, in ſeram usque etatem feruet, Vos ſuscipiat, ſyſtentetque, vt, in quorum incoluitate hactenus regni uniuersitati Boruffici ſalū ſtetit, recubuitque, & academice huius proſperitas accessiones inſignes fecit, in posterum quoque consiliis Vestrīs prudentiſſimis publicam rem ornetis, incrementa Regiae domus felici ſucceffu porro promoueat!

ILLVSTRISSIMARVM EXCELLENTIARVM VESTRARVM

Dab. Hale, die XXIV
April. MDCCVIII.

devotissimus diens

Iustus Henningus Böhmer.

* * * * *

DISSE

SER T A T I O

P R A E L I M I N A R I S

NECESSITATE ET UTILITY STUDII HISTORIAE ECCLESIASTICAE IN IURIS ECCLESIASTICI PRUDENTIA.

Vteres ICtos Romanos ad concilium jurisprudentiae in genere confidate etiam *notitiam rerum divinarum aquae humanarum* requisitive, Iustinianus primis notum est, simul tamen confat, ICtos recentioris anni (deinceps glossatorum nihil dicere attinet) in hoc jurisprudentia requisito misericordia fluctuasse, illudque diversimodo explicuisse. Quidam, varium omnium scientiarum de rebus humanae & divinis apparatum has notitia dignari, arbitrii sunt, quippe quo ICtos carebant posse, si recte suo officio fungi vellet: sed vereor, ne Romanis ICtos hac ratione aliquid affingant, quod a mente corum alienum fuerit; neque enim credibile est, illos in definitione jurisprudentiae illa adduxisse, quae remote quodammodo ad jurisprudentiam pertinent, & primario concepcionem jurisprudentiae non ingrediuntur. Scientie utique certe perfectius hanc prudentiam, non constituant. Alii haec notitia juris publici & privati, alii, iuris profani & sacri divisionem contineri, sibi & aliis perfundere conati sunt, cum tamen definitio haec non de certis speciebus jurisprudentiae sed in genere conceptus esse videatur, quatenus ad omnes iuris species applicari possit, & præterea verba antea adducta *notitiam rerum non iuriam* expousterit, ut nunc aliquorum opiniones præteream.

Meo quidem iudicio ICtri veteres ad conceptionem jurisprudentiae, pro habitu mentis sumere, duo requisitive videntur, primo *scientiam iusti & iugis*, seu solidam iuris ipsius cognitionem, deinceps etiam *accuratam & prudentem iurium applicationem*, quippe quisvis dubius partibus tota absolvitor jurisprudentia, ut alterum fine altero esse non posset in disciplina, que maxime practica est. De priori ut nihil nunc dicam, evidens est ex communis sensu, applicationem iurium fieri ad negotia in via communis occurrentia, cum leges hinc in finem late sint, ut dirigant negotia & re hominum. Haec autem applicatio altera fieri prudenter nequit, nisi quis ante omnia notitia facti & negotiis, cui ius applicandum est, satis instrutus sit, seu nemo potest recte judicare, an praedicatum iusti & iugis subiecto insit, nisi naturam subiecti omnino perspectam cognitam habeat. Et quia notitia rerum & negotiorum in applicatione iurium omne fere punctum, videntur ICtri Romani fariis accurate in conceptionem jurisprudentiae *notitiam humanarum & divinarum rerum* requisivisse. Deinde nec hoc negari potest, leges & iura a legislatoribus ita scribi, vel saltim scribi debere, prout negotiorum natura diversa hoc postulat, & cum negotia in-

ter homines tam diversa & variantia repertantur, non adeo mirandum est, quod iura quoque tam variata & diversa inde oriantur, quemadmodum etiam, quando negotia inter homines crescunt, ad iura quoque ingentes accessiones fieri, necessaria est. In prima etate mundi, ubi simplicitate, omnia erant composta, iura paucæ admodum existivit, vel ipse Tacitus facetus, neque enim iura publica cognita esse poterant, ubi res publicæ nondum erant condite, sicuti iura dominiorum & sicuti adhuc quas in abdito latabant, quando communio inter homines liberrata permanebat. Et quid de pure Ecclesiastico dicam, quod Ecclesia denum infinitus suam obtinuit originem, & in immensum post extremitatem modum, ubi negotia Ecclesiastica tam insigne accepérunt incrementum. Cum itaque pleraque iura ex inde negotiorum natura sint, nova inde certe exsurgit, quare in jurisprudentia conceptu *notitia rerum divinarum & humanarum* requiratur, cum, sicuti pleraque iura inde originem traxerunt, ex natura negotiorum quoque interpretanda & deinceps ad illa prudenter applicanda sint. Et in hoc denum prudens iurium cognitione & applicatio consilit, si quis quasi ex intimis negotiorum generalibus possit iura deducere, & pro variis coram circumstantiis applicare. Inepitus quoque erit iurium publicorum interpres, qui negotia publica rerum publicarum haud intelligit, qui imperii & subjectionis indolem nondum perfrutatus est, & qui notitia judicialium negotiorum definitur. Quis mercatorum, nautarum, opificum, cauas dirimere sat ipsus est, nisi prius de eorum negotiis & rebus infrastructus sit? Quis hinc facit prudenter interpretabitur, qui negotiorum ecclesiasticorum notitia vel nullam vel superficiariam habet, qui, quomodo ecclesia cohercat, quale regimen in ea obینeat, qualiter disciplinam habeat, & denique quomodo tota structura corporis ecclesiastici & Hierarchia comparata sit, nondum percontatus est?

Equidem hac ratione infinitas, imo que in unum hominem non cadunt, rerum notitias in ICto necessarias esse, quis obiectare posset, cum fieri non possit, ut ICtus simul mercatura & medicina, chirurgia, opificum, aliorumque arte infrastructus sit. At nec hoc quia desiderabatur prædicti a ICto, cum duplex hic supponi debeat notitia vel *immedia*, quam nulla informatione prævia ICtus possidet, vel *medata*, quam informatione peritorum artis consequitur, ad quam toties recurrendum est, quoties ICtro de ejusmodi rebus juri dicere necesse est, cuius notitia ab eo exigitur. Sic enim, an virgo pepererit, nec ne ex obstetricum & Medicorum relatione haurire debet,

bet; an vulnus lethale occiso infictum sit, ad Medicorum iudicium spectat, a quibus I^{CH}US informatus iura deinceps applicat. Sed tamen quodam negotio sunt ita omnibus hominibus communia, ut horum notitia carere I^{CH}US non possit, quosq[ue] pertinent res humanae in vita communis quotidianae obvenientes, sive publica sive privata negotia resipiciant; & deinceps iuris feui ecclesiasticae, quae sacra resipiciunt omnibus hominibus communia, quibus I^{CH}US aque & magis imbutus esse debet ac quidem ceteri, ne quod audeo Theologus I^{CH}US invidebunt, si negotiorum ecclesiasticorum notitia ad suum trahant forum, quippe que in Iuris Ecclesiastici prudenter requiriuntur.

Cum itaque de negotiorum ecclesiasticorum nostra re de & prudenter comparanda jam quidem pro ratione scopi mei sollicitus & subinde demonsteraurus sum, ita demum ad verum iurium ecclesiasticorum intellectum deveneri posse, tota dissertatione mea ratio huc redibit, quibus mediis postquam hec notitia rerum ecclesiasticarum, a C^Olo, obinari queat? Non errabo fane, si bifurcam ecclesiasticam hic unice dicem & lucem nominem, mediante qua quis recte & prudenter negotia ecclesiasticae dijudicare queat. Quid enim aliud sunt antiquitates ecclesiasticae, quam relationes de causis ecclesiasticis, prout a primis seculis ad usque nostra tempora se haberentur, & quarum occasione tam infinita iurium & canonum moles nata est. Sane haud erraverunt qui dixerunt, historiam esse ipsum temporum, lucem veritatis, viam memorie, magistrum viae, punctionem veritatis, cum ex illi demum recte cognoscatur, quis fuerit flatus primitiva ecclesia, quis poena sensim introducens, qui fuerint mores, quae disciplina, quae conciliorum ratio, quemnam imperantium circa ecclesiasticas potellas, quae rerum mutatio, quae infinita recentiora, quae occasionses hoc vel illud introducendi & quae sunt infinita alia, quae sane ingentem demum venienti lucem afferunt, quoties de jure disquiritur, ita ut origines rerum ecclesiasticarum recte evolviat, fit unicum medium solidam iurium ecclesiasticorum prudenter admirandi, quod si negligit, superficiari imo sepe & plerumque falsa exinde nascitur eruditio.

Nec vero hoc ipsum facile quis in dubium vocabit, qui prifinorum temporum faciem & rem literarioram in illis videntem suo representant animo. Vbi Gratianus sicut decretum edet, antiquitatum ecclesiasticarum copia uero informe referuntur, mox quoque *Decretorum nomes* celebratur et, qui glofli sunt lucem eidem affere conati sunt, sed ita se exhibuerunt, ut documentum apertum praebuerint se omni antiquitatum ecclesiasticum notitia fuisse delitato, atque adeo nil, nisi ineptis & vanis eloqua, proferre posuisse. Postquam deinceps Decretales Pontificum collectae & in unum redactae sunt corpus, cresvit studium juris Canonici, sed ut interpres fore decretum Gratiani negligenter, & unice in Decretalibus illustrans occupati essent, ut rursum plerumque infici conatu interpretationes eorum aggressi fuerint. Quod autem ab explicando decreto mox deterius fuerint, simul quo-

que ignorantiae historiae ecclesiastice, que co tempore adhuc in tenebris latebat, adscribendum, absque qua tamen Decretum intelligi nequit, quo ipso factum, ut rariores sint commentarii in Decretum, Decretales vero sub pondere commentatorum quasi gerant. Et tamen si verum fateri licet, his ipse istem lucem non aliunde, quam ex historia ecclesiastica accipiunt, ut I^{CH}US Hispanus Gonzalez Tellez suo exemplo docuit, qui provide omnibus commentatoribus mentio est praeterendus. Et cum rursus plerique commentatorum hac ipsa definiti fuerint, misere in plerisque hallucinata sunt, vel veras & ad aquatas rationes adferre haud potuerunt. Ast postquam historia extenbris in lucem protracta, studium quoque juris Canonici aliama faciem induere, & pristino nitore restituiri copit.

Id tamen merito doleo, quod plures in haec perverfa opinione veritati fuerint, quasi studium historiae ecclesiastice soli Theologis relinquuntur, nec ad I^{CH}os professionem referri debet. Taliatur de hac opinione publica praxis omnium Academiarum, cum etiam in Academias Protestantium Professoribus Theologiae hac spartanice tribui soleat, quasi tantummodo et re corum sit, antiquitates ecclesiasticae evolvere & in fues convertere usus, I^{CH}os autem ab hac disciplina tanquam a suo suo aliena absimile debent, quo ipso factum est, ut haec tenus fere in auditum fuerint, a I^{CH}is antiquitates historicas doceri, & tamen eadem necessitas addicenda historia Ecclesiastica I^{CH}os premitt, quam Theologis ratione sua professione agnoscunt, quippe per quam demum ad verum intellectum juris ecclesiastici deveniunt, & negotia ecclesiastica quod ad intimam naturam suam intelligent. Debet merito hoc studium & Theologis & I^{CH}is esse commune, uta diverso forsan scopo, quemadmodum ad iura publica recte intelligenda historiae imperiorum I^{CH}is commendata esse debet. Ast quia I^{CH}is ab omni avo magis iuri privato incubuerunt, & recentior etas ad iuris publici culturae quodammodo animos applicuit, & ita studium historiae civilis apud plurimos excitav, tamen adhuc juris ecclesiastici cultura ex ea, quo debet fieri, modo penes I^{CH}os admodum rara & tepida est, ut necessaria sit, quasi et somnia iurisconsultos excite. Intererit cum jam historiae ecclesiasticae studium, apud exteriores mirificum exculsum deprehendamus, sane subidia tam egregia in promtu sunt, ut spes sit, fore, ut usi ecclesiasticum quoque his ipsi ad meliorem culturam redigatur. Deinceps quoque id ipsum mirifice I^{CH}os studio historico abstraxit, quod illud Theologion non tantum unicam occupasset, sed etiam ita pertinaciter, ut iurisconsulti parum exinde proficerent poterint. Id enim in competo est, historiam ecclesiasticam ut plurimum ita a plerisque esse tradidam, ut controversiae circa heres & dogmata fidei plena manu tunc enucleare sint, etera, que ad mores ecclesiasticos & disciplinam ecclesiasticanam pertinent, superficiarie tantum, vel ad minimum non eadem diligenter & *exempla* fuerint explicata. Et tamen haec ipsa, que *disciplinam ecclesiasticam* attingunt, ad I^{CH}um forum referenda sunt,

quippe.

quippe ex quibus mores ecclesiastici hauriendi & statu ecclesiasticus, ex quo iura fluunt, cognoscendus est. Solos tamen his excipio Theologos Gallicanos, qui egregiam in hinc evolventis impenderunt operam, ut fere his ipsi gloria refutate historie ecclesiastice quodam partem, que circa disciplinam ecclesiasticam veritatem, adscribi debeat. Excitavit sine dubio horum studiorum ardor in defendenda libertate ecclaeiarum Gallicanarum, que nulla alia ratione defendi possunt, quam ut disciplina ecclesiastica ab antiquissimis reperteretur temporibus, & hoc modo contraevis attentata nova aule Romana muniretur. Excitavit hoc ipsum Io. Lanojum, & Edmundum Richerum Theologos Parisienses ad scribendum, quin hinc eadem causa fuit, quod ilustrissimus Archiepiscopus Parisiensis Petrus de Marca Dissertationes hacten de Concordia Sacerdotii & Imperii edet, que disciplinam ecclesiasticam summa cum eruditio depingunt & ubique illustrant, de quibus decipit scriptum dicendum est. Huc quoque collimans insignes labores Ludovici Ellies du Pin, viri in antiquitate ecclesiastica facile principis, & Ludovici Thomassin, qui novam & veteram disciplinam ecclesiasticam optimo methodo per singula secula distinctione explicat, & magnam ubique eruditiois sue apud lectorum exercit admiracionem. Cui ignoti sunt Natalis Alexander suspendi labores, & qui Antonii Pagii critica in Baronium letis non excipiuntur, qui itidem statum rerum ecclesiasticarum follicite indagantur, ut hi omnes, prout in hoc studio fieri solet, sepe studi partium abripiantur. Optandum itaque fore, ut secundum horum vestigia historie ecclesiastica in ipsis eorum, cuijus operantur, concibatur, in qua per omnia secula statu ecclesiasticus genitus representaretur, & disciplina ecclesiastica cum moribus variis iusto ordine traduceretur, & ad cognoscendam iura ecclesiastica applicaretur, que ratio I.Cris fani multum proficer posset. Et hoc modo quoque illi, qui iura ecclesiastica & canonica addictere student, prius preparandi essent, ne libellos manibus ad studium juris ecclesiastici accederent, ad quod doxina preparari absque ullo labore & difficultate postea pervenire posset. Hoc autem non alter fieri, quam si hi ipsi, qui iura docent, suo exemplo precent, & genuina uita historie ecclesiastica auditoribus suis in studio juris ecclesiastici sedulcent.

Atque ita hac tempore brevibus ostendi, quam necessarium sit istud studium antiquitatem ecclesiasticam ad leges scriptas ecclesiasticas recte intelligendas & applicandas. Cum vero praeceps ecclesie regantur iure non scripto, & infinita exinde decidantur, nova & quidem pregnanissima inde emergit ratio, que i.Cros ad hoc studium trahere posse. Hoc ut eo rectius intelligatur, natura juris non scripti ecclesiastici pauca excusienda est. Quod enim Episcopi Allemanni Hadriano referunt apud Radevicum lib. I de pef. Frider. loop. c. 6 ajetur: *Quo sicut quibus nostris regi debet imperium: leges sancte imperiorum & sua predecessorum & patrum nostrorum;* id etiam iuri ecclesiastico convenire nemo negabit.

Eleganter id ipsum confirmat Basilius libr. de Spiritu S. c. 17 ubi ait: *Dogmatum & institutorum, quae in ecclesia formata sunt, alia quidem habemus ex doctrina, que littera conformata est; alia vero ex Apostolorum traditione ad eos transmissa in mysterio recipimus.* Quaeunque tandem vim ad pietatem habent: Atque haec nem tam contradixeris, qui vel exigua legum ecclesiasticarum peritia sit prediat, Nam si aggrediamur ea, que non scripto sed tantum confutandis consolans, repudiare impudentes Evangelio, & quidem principis ipsius paribus officiis: vel potius ipsam inservi ad mane quoddam nomine redigentes. Exempli causa, (ut quod primum maximeque commune est, primo loco commemorem), eas, qui in Domini nobis IESU CHRISTI nomine ipsam posuerunt, figura crucis signari, ecquis scripto doci? dum oramus, ad orientem filium converti, ecquas nos litteras docuerunt? Verba invocationis, cum panis Eucharistie & calix benedictionis offertur, quis ex paribus sanctis scriptis nobis reliqui? Non enim in contenuo summa, gaudiorum Apostolus & Evangelium mentiorum fecerunt, sed alia quoque cum annis, iam post, dictimus, utque que magnum momentum ad ipsam mysterium habeant, doctrina non scripta, sed mutata erudi. Benedicimus aquam baptizantis, & oleum unctionis atque illum ipsum praeterea, qui baptizatur, ex qua scriptura? Nonne ex occulte & mystica traditione? Quid? ipsam olet unicolum quia sermo scriptus docuit? Quod homo ter mengendus est, unde accipimus? Abrenunciare satana arque angelis ipsi, & reliqua omnia, quacunque in baptismis observarimus, que scriptura justificat? Annos bac ipsa maxime vulgata, sed secreta doctrina, quam quicquid minime curioso silendo patres nostri custodiuntur? Prove quidem diligenter, mysteriorum mystagogatam tacernitatem servari. Apparet atque ex hoc loco, quem etiam Gratianus, sed corrupte, reputat in c. D. II. Ballum suis accurate inter se distingue leges ecclesiasticas scriptas ab iis, que a) per manum traditae sunt, vel b) confunditne rurorobata, que jure non scriptum consistunt.

Quodifcir utrumque jus & scriptum & non scriptum conseruamus, evidens est, hoc longe antiquius illo esse, cum tribus prioribus seculis magis iure non scripto dirigenterent ecclesie, id quod etiam facile fieri poterat, postquam tanta corruptio, que post erupit, nondum occupaverat ecclesiam. Et quidem adhuc tempore Cypriani ecclesias iure non scripto directas sunt, facient ipse Augustinus lib. 2 de baptism. contr. Donat. c. 9 ajet: *Hoc attestatione fari offendit, multo magis si fuisse commemoratarum,* si quid basc de re transmarinum vel universale concilium factum esset. Nondum autem factum erat, quis confundendis robore tenebatur orbis terrarum & hoc sola opponebatur inducere. lenitibus novitatem. Cum itaque primi & ecclesie disciplina iure non scripto comprehensa fuerit, non aliunde notitia ejus comparari potest, quam ope historie ecclesiastice, que denum nobilla conservavit, quia ad ius non scriptum ilorum temporum referri debent. Et quidem hujus cognitione vel eo magis necessaria est, quoniam ex hoc iure plerique canones scripti posse

profluxere, & negotiorum ecclesiasticorum vera & genuina imago hauriri potest, quod vel illi agnoscunt; qui disciplinam recentioris ari ad illa tempora referre student, ut eo maiorem illi concilient autoritatem. Qui itaque antiquitates ecclesiasticas priorum seculorum ignorat, ille subsequentium seculorum canones & exinde porto nata jura dijudicare nequit; immo cum status ecclesiae purioris offendat, quomodo jura ecclesiastica comparata esse & quale regimen in ecclesia obtinere debet, firmatur simus animus lectoris, utro securius de touto ecclesiastico fructuaria judicium ferre queat. Magnum enim praefidum ad doctrinam adserit, exemplis illustrioribus illum posse decordare.

Sed cum etiam plura alia posterioribus temporibus per conservandum invaluerint, quorum origines & occasiones historia ecclesiastica nobis conservavit, certe non potest non fudum historicum apprimere esse ecclesiasticum; quod ut eo clariss. sit, natura iuris non scripti ecclesiastici paucis evolvenda est. Sicuti jus omne dependet a voluntate ejus, qui iuri ordinando praefecit, aeo deo scriptura per se ad elementum legis hanc requiritur, sed tantum ad juris constituti conservationem, ita ut non scriptum itidem ex voluntate eorum, qui iuri statuunt, quidem fluit, sed alio modo, quam per scripturam conservatur. Et quidem, ut de modis conservandi jus non scriptum ecclesiasticum confiteri, presupponendum est, sub illo complecti partum expressa instituta, quae quidem expressa voluntate fuit a donata, sed per scripturam non publicata, partum etiam tacita, cum etiam factio ipso voluntatis nostra declarari queat. Quod attinge priora instituta expressa voluntate eorum, cuius ecclesiasticum adorandi facultate possent, concinnata, illa conservantur per traditionem & confirmantur per observationem & proximam confidentiam.

Vt de traditionibus tantum hic ediferas, facile constat, ejus naturam potissimum in hoc confidere, ut per hanc perpetuum & continuatum relationem apud posteros conservetur memoria instituti alicuius antiquissimi de manu in manu quam ad posteros derivati, adeoque non tam inducit jus novum, sed jus antiquum praeponit, quod ita conservat & sic instar testimonii historici est de antiquo quadam instituto, & hoc inuitu fidem aliquam huiusmodi & probabilitatem operatur. Opponitur itaque hoc sensu scriptura, quemadmodum Tertullianus de corona militis cap. 3. huc quoque respexit, ajens: *Si legem populus, scripturam nullam inventes: traditio tibi pretenditur auctor, confutatio confirmatrix & fides observatrix.* Idem praterea cit. l. c. 3. in antecedentibus notante ait: *Ergo queramus, an & traditio, nisi scripta, non debet recipi?* Plane negamus recipiendam, si nullus exempla prejudent altarum observationum, quae sine ulla scripture inveniuntur, solum traditionis titulo & exinde confunduntur patricini vindicamus. Quod deinceps per varia exempla rituum ecclesiasticorum ad exemplum Basili illufra. Aperte hic Tertullianus docet, observationis ejusmodi nisi traditionis titulo, & exinde praeiunctionem, veritatis fortis, seu habete fidem historicam,

Antequam ratio scribendi cognita esset, quam plerique ad tempora Mosis reiciunt, inserviunt & facta antiqua per traditiones conservanda erant, immo cum apud Germanos paulo fetius leges & facta scripture mandari coepissent, non alia conservandi harum rerum memoriam posuit esse ratio, quam per traditionem, ex quo etiam factum, ut tam paucissima leges statum publicum concernerent scripta reperiantur, sed maxima pars eorum ex antiqua observantia deducenda sit, quemadmodum in A. B. non raro ad illas provocatur. Sic enim cap. 28 §. conceptus dicitur verbis: *invenimus etiam ex clarissimis relationibus & traditionibus antiquorum illud a tempore, cujus contraria jam non habetur memoria, per eos, qui nos praefecerunt feliciter, esse jugiter obseruatam &c.*

Illi ipsum quoque in ecclesiastica obseruantia deprehendi, multa fane telumonia scriptorum ecclesiasticorum demonstrant, qui pro observantie ecclesiastica fundamento adfringendo communiter provocare solent ad aliquam antiquam traditionem. Prodeat Socrates, qui lib. 5 hisp. Eccl. cap. 21 ita loquitur: *De finax varia confundendis sunt. Nam quanquam omnes ubique in ore terrarum ecclesia singula septimanis serventur die sabbati mysteria celebrant, Alexandrinis & Romani ex antiqua traditione illud facere renunt. Fundant itaque Romane & Alexandrinae suam observantiam ecclesiastica circum synaxis in antiqua traditione, quasi antiquo instituto id semel ita constitutum esset, conf. idem lib. 5 cap. 47. Porro Niciphorus lib. 12 H. E. cap. 42 fatur, quod successores in officio facio ritus, & quae ad liturgia pertinent, tanquam leges synaxis ab antecessoribus acceptas, per manus posterioris tradi derint, non sicut pius neque frenendum esse arbitrantes, si tradidiones, in quibus educantur, non honorifice colerent, sed contentimur rejicire. Innocentius I. in epistola ad Decennium Eugenianum Episcopum §. 4 omni fabrato jejunandum esse, ait, quod Apostoli illa die jejunaverant, ut iudicio ecclesia habeat; & in epist. ad Vitrificum Episcopum Rethromagenum, formata, quam Romana ecclesia tenet, servandam esse, adhortatur, cujus observantia non aliud fundamentum allegare poset, quam quod Apologetica & patrum traditione fit constituta. Expressius de traditionibus huiusmodi efficaciam & fide Hieronymus adversus Luciferum loquitur ait: *An etiam hunc hunc esse ecclesiastis morem, ut baptismi postea manus impandas, & ita impotetur Spiritus S.?* Hec etiam observantia ecclesiastica. Iam de fundamento ejus follicitus est, dum pergit: *Exigunt ut scriptum sit? in articulo Apofolorum. Etiam scriptura auctoritas non sufficit, totius orbis in hac parte consensus in istar praecepit oblineri. Nam & multa, que per traditionem in ecclesia observantur, autoritatem scriptura legi usurparunt, veluti in lavacro terminantur.**

Imprimis autem, que per omnes ecclesias & quilibet obserabantur, & tamen per praeceptum scriptum non reperiebantur disposita, per traditionem ad Apostoli instituto promanasse credebantur, qua de re Augustinus pectori loquitur. Sic enim l. 4 de Baptismo cap. 24. hanc regulari-

quam

quam illustrissimus Petrus de Marca de concordia sacerdotum & imperii lib. 6 c. 1 §. 7 in fin. gravissime commendat, fundamento loco ponit: *Quod universa tenet ecclesia nec concidis iustitium, sed semper reverentem est, non nisi auctoritate apostolica iustum rectificare creditur.* Idem inculcat Augustinus lib. 2 de baptismō cap. 7 ajeus: *quam confitudinem credo ex apostolica traditione venientem..., sic multas non inventamus, in liberis eorum, neque in conciliis posterioribus, et tamen quia per universam Ecclesiam creduntur, non nisi ab ipsi tradita & commendata creduntur.* Atque hoc intuitu Imperatores in l. 2 Cod. Theod. ne sancti Baptisma tueri, ita disponunt: *Nihil aliud precipi valens, quam quod Evangelio & Apostolorum fides & traditione incorrupta servatur.* Quemadmodum itaque, hoc de traditionibus, que facta & infinita ecclesiastica recipiunt, intelligendum est, ita fidem aliquam historicam operantur, cui tamdui scandum, donec probetur contrarium. Nam sicut historici sepe nobis imponunt, ita factis credibile est, per traditionem vulgo multa immotuose, qua a vero longe abhorrent, uti de canonibus Apostolicis aliisque apocryphis inter eruditos constat. Atque id ipsum quoque indicat Socrates de controversy circa felium Pachthalon, ubi difensiones utrinque traditionibus nitebantur, sed illas fatis tueri hand poterant. Ita enim lib. 5 bsp. eccl. c. 22 ait: *Negquam igitur apostolus, nec ipsa Evangelia, regum servitum illis imponit, qui ad predicationem accedunt, sed Pachthalon fustum & alios dies filios ipsi homines fata quisque locis propter remissionem laborum, & memoriam salutifera passionis, sicuti voluerunt, ex confitudine quod celebrarunt.* Neguo Serapion hoc autem apostoli nobis, lego aliqua ob prandium, sibi mandarunt, neque nam eam aut supplicium Evangelium vel apostoli, sicut Iudeus lex Mosis communiter, sed historicum tam modo ad reprehensionem Iudeorum, quod bonicium diebus fuisse exercerunt, & quod Christus tempore Azymorum passus sit, conscripsit in Evangelio. Erat igitur scopus Apostoli, non de fatis diebus fancire, sed restitutum viam ac pietatem inducere. Mibi autem videtur quod, quemadmodum ALIA MVLTA SINGVLIS LOCIS IN CONSVEVTDINEM ABIERINT, ad eum modum & Pachthalon fustum, proprietas quod nemo Apostolorum, sicut dixi, quicquidem de illo sancvit. Quod vero ex CONSVEVTDINE IN ELEGAT, quam EX LEGBE aliqua inde ab antiquo apud singulos observari ceperit, res ipsa declarat.

Ad dijudicandum itaque traditionum veritatem status ecclesiasticus & negotiorum ecclesiasticorum coherentia omnino ponderari debet, ut ius non-scriptum genuinum a scriptio separamus, & praetextus juris ecclesiastici detegamus. At vero hoc ipsum absque historia ecclesiastica nostris fieri nequit, que etiam præterea rationes juris non-scripti suggesterit, absque quibus iuris scientia revera mortua est. Sicuti enim lex scripta absque ratione revera sensum genuinum, quem habet, operari animo discentis nequit, ita idem quoque de vero intellectu observantie ecclesiastica dicendum est. Hinc fit, ut sepe le-

ges ecclesiastice tam scripta, quam non-scriptæ perverse applicentur, quia ob defectum historie rationes legum illarum latent, vel inceptæ & incerte adducuntur, quæ tamen discutitis animo certitudinem ingenerare nequeant. Ut enim de jure publico Germanico illuſtr. Dr. Cœcilius in *jur. publ. prudent.* flatim ab initio in *monitis* & *z obſervat*, quod in ceteris juris disciplinis ratio prefat, id in jure publico Germanie historiam praefare, & subinde id ipsum his verbis illuſtrat: *Quod publicum Regnum Germaniæ nulla olim legi comprehensum, non ab alio fere principio accipitur, quam a longa confitudine, qua quid est, quam antiquitas Germanie historia?* ita ea dem ratione de jure ecclesiastico id ipsum affirmat profum. Scilicet in illo historian idem praefare, quod in ceteris juris disciplinis ratio prefat. Nam & hoc jus per tria priora secula nulla fere legi scripti comprehensum fuit, nec ab alio principio accipitur, quam a longeva obſervantia & confitudine, que quid aliud est, quam antiquitas ecclesiastica historia?

Pergo ad illa instituta ecclesiastica, que quidem expresse hand introducta sunt, sed *racio*, seu magis *confitudine* invaluerint. Praefat haec de re præmittere afferunt Hermogeniani in l. 33 ff. de LL. ajeniis: *Ea, que longa confitudine comprobata sunt, ac per ploribus annos obſervata, veluti TACITU CIVITATI CONVENTIO non minus quam ea, que scripta sunt, iura feruntur.* Certe Romana legislatio in Republica libera ut plurimum per conventionem siebat, & hoc intuitu in l. 1 ff. de LL. communis Republica sponsa dicitur, quo intuitu ICtar, confitudinem constare posito racio, sicuti leges exprefso. In cetero ecclesiastico idem obtinetur, supra jam monitum est, cum quolibet collegium res collegiū sui per pacem determinate querat. Illud tamen majorē habet difficultatem, ex quo talis tacita conventione colligi possit? si dicas, ex facilius parata; et obiecto, non constare, in talia parata sint animo reliquo vel se obligandi, cum potius videantur ex mera libertate esse parata. Ad hoc dubium removendum, inquirendum est, ex quibus circumstantiis colligi possit, facta ab agentibus non ex mera libertate, sed ex quadam necessitate opinione parata esse, vel saltim communiter in hoc vel illud institutum consentium esse.

Caufam communis approbationis alicuius instituti constituire in ecclesiis potest: (1) *Autoritas eorum, qui ecclesiis presunt.* Hac enim vis auctoritatis est inter homines, ut facile eos in venerationem rapiat, ad obsequium spontaneum mentem hominis inclinet, studium imitandi actiones ejus, qui auctoritate pollet, excitet & complacendi cupiditatem apud singulos promoveat. Approbamus omnia, quæ loquuntur & sunt ab iis, quorum auctoritate ducentur, ex quo prejudicium auctoritatis natura est. Quo sanctiori vita itaque hi, qui Ecclesiis presunt, ceteris preluculent, vel alia ratione plebem in admirationem rapere possunt, eo magis facta eorum quevis animam praebent, ut mox illa imitentur, mutuo ipso facto in illa conspirent, & tandem inde similiiter agere assuecant, & apud posteros continuant,

ent, ex quo tandem observantia Ecclesiastica oritur, seu perpetuus usus offendit, antea in hoc institutum esse fuisse consensum. Note sunt diversae observantiae antiquae de temporibus jejuniorum, de ritibus circa lacram synaxis & baptismum, que omnia non infinito aliquo expresse semper constituta, verosimile est, sed, si forsan, propositus Ecclesie die sabbati jejunia servavit, ex libertate mera, reliqui hoc factum eius statim imitari sunt, & omnes eius actiones ad instar norma fibi esse, duxerunt. Et quia Apofolus etiam hinc in arbitriis actionibus sua gaudentib[us] libentate, hinc sine dubio factum, ut ab eorum actionibus multe observantiae, quanvis inter se diversa postmodum invaluerint, cum non potuerit non eorum auctoritas maxima in ecclesiis esse. Quot alii post Apostolorum tempore praeferuerunt ecclesiis, quorum sane auctoritas maxima semper fuit?

Ad communem consensum (II.) homines in collegio quadam, & sic quoque in ecclesia alliere potestatio decipit[ur], id quod etiam mores hominum format, ut facile intra ecclesie limes penetrare possint. Est quidem alias decori haec ratio, ut liberas habeat observationes, sed ubi femelin collegium aliquod introducunt, & ad ordinem & decorum in collegio servandum relatum est, facile in necessitate aliquam transire potest. Decorum enim commune sponte omnes ad sui imitationem trahit, quia ita comparati sunt laudes, & magis decoro flueant, quam vera honestati, immo non honestatis decoro imponant, quoniam sentiunt, communione ab omnibus pro corpori quodam facta habent, si quis ad decorum publice receptum hanc accommodaverit, immo pessime de eo, qui decorum negligit, judicari. Cum itaque omnes tam tenaciter decorum ab antiquo uitatum, & e vita civili & moribus eorum, qui collegii intersunt, in ecclesiam deducunt obseruantur, & succellentes facte illud resuenterint, non potuit non inde tacitum paucis febribus uterum elici. Et cum sere decorum per singula loca variet, inde quoque factum, quod tanta diversitas ratione liturgiarum tandem introducta fuerit. Sane multas ex decoro civili tractas esse in ecclesiam observantias, res ipsa loquitur. Non aliunde enim primatus, nonnullis ecclesiis ab antiquo competens, deduci potest, quam a celebitate civitatum, in quibus tales ecclesiae fuerunt. Celebrarim[us] erant in tribus prioribus seculis civitates Roma, Antiochiae & Alexandria, ad has perpetuus hominum confluxus ex omnibus locis praefato erat, ex quo fiebat, ut etiam illarum civitatum Episcopi tandem tacita quodam ceterarum ecclesiarum confidente, se ad decorum civile accommodantibus primatum per alias obseruent, qui in can. 6. Concilii Nicenii prouide ex moribus antiquis deducuntur, quin eadem ratione, qui in metropolitanis erant ecclesiis Episcopi paulum itidem ex decoro civili praerogativam obtinebant.

Hec omnia si in unum colligantur, satis offendunt historie ecclesiasticae notitiam! Cro esse permanentiam & uitem. Hec enim ostendit-

(1) occasionses institutorum ecclesiasticorum, (2) statum ecclesiasticum per omnia secula animo representat, quo mutata jura quoque mutantur, (3) indolem negotiorum ecclesiasticorum filiat, (4) rationes iure ecclesiastici veras a spiritu discernere docet, (5) origines rerum exhibet, (6) prudentiam in applicando infringit, (7) iura non-licetia & observantias ecclesiasticas conservat & fugit, & (8) fidem traditionum vel infringit vel confirmat, ut reliquias haec tenus relatas uilitates nunc prætereat.

Sicut vero jam supra dictum est, adminicula potissimum ab illis petenda esse, qui mores ecclesiasticos & disciplinam ecclesiasticam tradidunt, ita inter illos nunc quidem potissimum commendandus, & reliqui iudicio & brevitate ut & perciptu[m]e præferendum videtur, illud Gallicanus, PETRVS DE MARCA, Archiepiscopus quandam Parisiensis, cuius sane meritam in re literariam tanta fuit, ut ejus memoriam nulla oblitio delectura sit. Non necesse est, viri huic insignem extollere eruditio[n]em, aut fata revera, cum nitidiori calamo utrumque jam præfatum sit ab illustri Stephano Baluzio in epistola ad Samuelum Sorberium de vita, rebus gestis, moribus & scriptis illusterrimi Viri Petri de Marca, antea quidem anno 1665 separatis Parisiis edita, nunc vero operi huic fatis convenienter prefixa. Esti vel maxime aliunde de ejus moribus & doctione haud confabat, tamen præfentes de Concordia Sacerdotum & Imperii disputationes fatis insufficiens celimonium de tanti viri eruditio[n]e & acuminis iudicii in rebus ecclesiasticis edere possent. Tam varia enim referuntur sua doctrina & antiquitatem ecclesiasticarum copia, ut Io. Schillerius de libertate ecclesie Germanie lib. 1 c. 4 §. 1. inf. recte Petrum de Marca antiquitatem facta promovant, & Caspar Zieglerius, de Episcopis lib. 1 c. 4, Tunc summum & in rebus ecclesiasticis versatissimum appelleret, quo intuimus de codice predicatorum lib. 3 c. 31 §. 2, 3, quod iuris Canonici veteris & novi saeculissimum fuerit, & ita quoque eodem iudice lib. 2 c. 5 §. 98 omnem laudem superaverit. Sed in immensum mare me immitterem, si omnia eruditorum encomia diu in illusfrimmo Archiepiscopo cumulare vellent, qua uirique tam obvia sunt, non nisi vel ab impudentissimis, vel ab arrogantisimis, quialiorum gloriam invide judicio fibi obesse existimat, hac negari aut in dubium vocari queant. Sane præfentes hec disputationes statim ecclesiæ antiquissimum ita representant, ut in intimis ejus cognitionem quis deduci, & iura ecclesiastica faciliori negotio eo ipso intelligere queat. Libertate in scribendo, non adulatione usus est, nisi quod quandoque, ne Romanorum aula proceris irritaret, leniori stylo ut ex regulis prudentiis debuerit & quedam in illo pars trahere, que, si omnes hujusmodi circumstantia absuissent, forsan alia via ex antiquitate ecclesiastica deducta fuissent. Est hec humanarum rerum conditio, ut non semper, quid scribi debeat, nobis sit integrum, præferimus si quis inter discordantes media via incedere, & præcavere debeat, ne plus justo iniquior in alterum esse videatur. Scriptus illustrissimum autorum pro

pro libertate ecclesiarum Gallicarum & scjura Regis & Cleri Gallie tueri debui adversus Romanes aulem attentata, sed tamen quodammodo periculorum videbatur, scribere contra aule Romanas prætentiones, ut loquuntur, cui utique obedientiam se debere, optime scivit, quo ipso necellum fuit, doctrina ita temperare, ut neutrō obesse videatur. In quo tamen admirandum vir eruditissimi ingenii acumen eluet, cum totam rei feriem ita connecet, ut accurato iudicio omnia perpendula sint, si quid in eō forsan desiderari debeat, explorare quis velit.

Vtique ergo eruditiores hinc inde quedam, confusa quadam digna, in hisce dissertationibus amadverterint, tamen non propretate statim rejicienda sunt, quin potius, cum plerique & egregia & solidissima sint, sedula lectione perpendendae, quoniam potiora in iis capiatur ecclesiastici a primis suis deducta sunt fontibus, & aliae egregiae observationes de disciplina ecclesiastica non quotidie obviae inibi reprehenduntur, quibus proinde acutissimus Antonius Pagi in suis critica ad Baroniam Lexiphilum usus est, ut non ponere, non offendere autem quendam anonymum, qui de libertate ecclie Gallicane scriptis librum, Leodi anno 1689 editum, magis autoritaris prejudicio, quam eruditio & iudicio referrum, ut adeoque, quid ab ejus iniquis censuris exceptandum sit, facili conjectura quilibet assisi posset. Qui proinde exoptatos in iure ecclesiastico profectus facere intendit, nec vulgaribus Doctorum & incertis acquirefere sententias, hoc dñe illusterrimo & doctore eidem opus erit, præferunt cum ei in hoc studiorum genere fortuna comitem dederit egregium, scilicet Illustriss. STEPHANVM BA LVZ IVM, virum in antiquitate ecclesiastica versatissimum & summo iudicio præditum, cujus eius variis monumenta cedro digna abunde relantur. Debetur illi ultra huic viro editiones varias operum Petri de Marca, & imprimis illud humanitati ejus singulari accepimus ferre debemus; quod libros quatuor posteriores harum dissertationum ab intentu vindicaverit, totumque opus eruditissimis additamentis & observationibus illustraverit. Imprimis vero admirandam virtutem notiam anti-

quatis ecclesiastice ostendunt ad ditamenta, ad lib. quinque post caput XIX adjecta, in quibus legationum fidei Romanae feriem & fata optimè depingit, & nigrum eruditio enucleat.

Atque haec rationes non potuere non me impellere, ut novam hujus operis de concordia sacerdotii & imperii editionem meditarer, ut ita quoque in Germania nostra, in qua hactenus opus hoc nunquam editum suffit consat, & præferunt in nostris Academis uberior hujus libri effecti copia, quem, si studio juris canonici incumbunt, eo faciliter fibi comparare possent, quem antea non absque difficultate & terra peregrinis impetrare poterunt. Rubricas, que hancem defuerint, singulis capitibus adjecti, ut series rerum in quovis capite obvenientium flatim oculis lectoris facilentur, & tandem uberiori rem indicem, quem materialium dignitas postulabat, fieri curavi, ut hoc modo lectoris diligentiam & industrian fabularem. Præterea adiecta etiam sunt dissertationes sive selecte ecclesiastice, quos antehac separatim ediderunt Stephanus Baluzius & Paulus de Fager, que libros hosce de concordia sacerdotii & imperii minifice illustrant, cujus instituti rationes explicui in speciali præfatione, prædictis dissertationibus prefixa. Denique cum plura in hisce libris reprehendantur, que in favorem aule Romanæ sunt scripta, nonnulla etiam uberiori illustrationem desiderare visa fuerint, quædam autem ab iniquis rerum affirmatoribus impugnata sunt, quo optimè in antiquitate ecclesiastica fundata sunt, neccularium esse arbitratus sum, quasdam observationes ecclesiasticas subiecte, hunc imprimis in finem, ut sive secundum tritnam veritatem examinarem, & ea, quia par est, modefia discuterem, illa ulterius explanarem, haec vero contra adversarios munirem, & a dubiis obmotis liberarem. Atque has ipsas observationes ea concinnavi methodo, ut potiores materias antiquitatum ecclesiasticarum, ICtis imprimis neccularias, completerentur, & vel separatim ne quidem adhiberent tractatu Petri de Marca, in plerisque intelligi & legi possint. Hisce fratre B. L. & nostris studiis ulterius fate. Dab. in regia Fridericana, d. XXIX Ianuar. Anno MDCCVIII.

OBSERVATIONES SELECTAE

AD

LIBRI I.

CAPUT I.

OBSERVATIO I ad §. 1. seqq.

Per insanum scriptorem, in quem tantopere Autor invenit, intelligi perfornatum, quendam Autorem OPTATVM GAL-
LV M, qui anno 1640 ediderat librum sub
titulo de cavendo schismate, ad illuſtrissimos ecclie
ANNOT. ad MARCAM.

Galliana Primitores, Archiepiscopos, Episcopos liber
parentevs, in quo simulabat, se maxime sollici-
tum esse de præcavendo schismate, quod metuendū esset ex Patriarchatus novi in Gallia instituti-
one, quam Galliam meditari, rumor erat. Ru-
mor

B



